



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Cavssa Helvetica Orthodoxae Fidei**

**Murner, Thomas**

**Lucernae, 1528**

**VD16 M 7034**

Sextvs Argvens Henricvs Linck de Ouedio.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-29525**

CONCLUSIO QVARTA.  
CONCLUSIO III.

Domini nostri Ihesu Christi & sanctorum imagines  
delendæ non sunt.

SEXTVS ARGVENS HENRICVS  
Linck de Ouedio.

DEus omnipotens nobis omnibus hodie & in omni tem-  
pore suã misericordiã impartiat, & lumen suã irrefra-  
gabilis ueritatis in cordibus nostris accēdere dignet, Amen.  
Fideles & dilecti amici probiq; Christiani, in breuib; annis  
duella seu cōtrouersia exortæ sunt inter doctos, præcipue in  
germanica natione imaginũ caussa, quæ in ecclesijs habent.  
Aliqui opinantur illas haberi posse easq; uenerari. Alij quod  
penitus sint delendæ, neq; tollerandæ a Christiana cōmuni-  
tate. Ex qua cōtrouersia in plarissq; locis magni tumultus ex-  
surrexere, quis eius ansam & causam dederit nouit deus, in  
quo tamen ego neq; aliquem temere iudicabo. Hoc autē sem-  
per ita fuit rem aliquã quũ summa conscēdisset fastigia, iterũ  
ad ima declinasse. Nec hic quemq; excusabo, aut eos qui ima-  
gines admittant, uel certe illos qui illicito modo, absq; suorũ  
superiorũ mandato, imagines ex ecclesijs eijciunt, & si ad ima-  
gines delēdas nulla uia me implicuerim siue sollicitus fuerim,  
quãuis iam in mediũ trahor, dicturus quem de imaginibus  
intellectũ habeam, aut quid opinor. Beneuolus præsto sum,  
hoc ex sacris literis ostendere. Principio quia dñs noster Ihe-  
sus Christus, neq; in hoc neq; in alio opere, nec in desertis ut  
in specialib; locis uult adorari, sed in spiritu & ueritate. Nũc  
autē quia longis temporib; exactis, maxima & immensa spes  
ad exteriores imagines est habita, sicq; salus, sanitas, consola-  
tio corporis quæsita est, clare ostēdimus per omnipotentem  
deum, quod honorari recusat in his exterioribus imaginib;  
nec iuxta aut circum illas uult quæri. Sed nobis præcipiendo

Bb iij



COLLATIO XLIII.

interdicit uenerationē, adorationē, poplitū inflectionē, inclinationē &c. sed & prohibuit omnē cōtrafacturā, & suam & sanctorū, sicuti Exo. xx. habetur, Non habebis deos alienos contra me, Non facies tibi sculptile, neq; omnē similitudinē, quæ est in cœlo desuper, & quæ in terra deorsum, nec eorū quæ sunt in aquis sub terra. Non adorabis ea neq; coles. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes. Ultra quoq; habemus in præcedenti capitulo, dñm ad Moysen dixisse, Loquere filiis Israhel, uidistis quod de cœlo loquutus sum uobis. Non facietis me in argenteū siue aureum deum. Habemus quoq; & Leuit. xxvi. ego sum dñs deus uester, Non facietis uobis idolum & sculptile, nec titulos erigētis, nec insignem lapidē ponētis in terra uestra ut adoretis eum, neq; contrafacturam nec statuam quam honoretis. Ego sum enim dominus deus uester, quasi dicat, mihi soli competit gloria. Habemus & in Deuter. v. libro Moysi vii. capite. Sic facietis gentibus, euerite aras eorū, & confringite statuas eorū, lucosq; succidite, & sculptilia cōburite, quia populus es sanctus domino deo tuo. Hæc iam sunt aliqua dicta ueteris testamenti, quorū adhuc multa sunt huic causæ deseruiētia, quæ breuitatis causa nunc demitto. Habemus & dicta noui testamenti, nominatim Iohannis prima capit. v. ubi dicit, filioli custodite uos ab imaginibus, adhuc quoq; & alia quæ iam intermittere uolo. Ultra qualiter & deus eis loquitur qui imagines faciūt. Deuter. xxvij. præcepit Moyses ex mandato domini leuitis pronunciabunt leuitæ, dicentq; ad omnes uiros Israhel excelsa uoce. Maledictus homo qui facit sculptile & conflatile, abominationem domini opus manuum artificū, ponitq; illud in abscondito, & respondebit omnis populus, Amen. Hic etiā & prohibet occultas imagines, quos quilibet in sua domo habere possit. Ex his dictis sufficienter consequit̃ in Christiana congregatione nullas imagines habendas, quum sciat quisq; eiusmodi expensas plus profuturas, meliusq; esse ut in uiuorū

huius



## CONCLUSIO QVARTA.

huius seculi sanctos expendantur aut conuertantur. At quia eiusmodi expense longis temporibus in imagines fuerunt conuersae, detractaeque a uiuis dei templis, me iudice melius censeo, æstimoque deo gratius futurum, si in tales uiuas imagines fuisse sent conuersae, quas post se deus reliquerat, in pauperes uolo, timens nos neque deo neque sanctis in hoc bene complacuisse, sed in iram magis incitasse, quemadmodum & in ueteri testamento tales imagines uenerari sapientius prohibuerit. Quanto plus in nos irasci deus ipse posset qui de his nihil nobis præcepit, & si uellit per deum doctrinam, qua nos monet scrutari scripturas doceri, qua sufficenter informamur quæ sit dei uoluntas. Induxissemusque communem Christianorum turmam populi dei per scripturas in ueram cognitionem suæ gratiosæ uoluntatis, etiã in suorum beneficiorum misericordie eius, & oim quæ ex diuina gratia nobis obuenerunt, etiã ubi nã eum adorare & quærere deberemus. Ad instar huius etiã doceri potuissemus, ex sufficenti uerbi annunciatione quod in suis electis deus fuisset opatus, sufficissetque nobis quicquid fidei & charitatis Christi illis impendisset.

D. ECKIVS.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe, Amen. Decidere patiar fidem inutilem causam non deseruentem, ante & post inductam, ad scripturas deueniens, quæ bene doctus dominus ex germanicis & Angliæ libellis & colloquijs induxit, quomodo Christus dixerit ueros adoratores in spiritu & ueritate adorare. Opinatur suo paruo intellectu ex hoc imagines non habendas impossibile ratus, si quem imago moneat & facit recordantem, non æque in spiritu deum adorare posse, quid enim impedit imago. Et dñi Henrici argumentum si bonum esset, nullus posset Christianorum orare, ois enim qui ad deum & ad crucifixum dñm Ihesum orationem facit, ipse in suo corde Christi sibi fingit imaginem, quomodo alioqui Christum adoraret. In scolis docemur intelligentem oportere fantasmata speculari. Nunc queso audite ad uetus peruenit testamentum Exo. xx.

Si quis



COLLATIO XLIII.

Si quis literas aut dñi sui mandatū falsarit, iniuste ageret, quāto maioris iniuriæ dñs Henricus obnoxius est, qui in tanta uirorum doctorum congregatione, uerbum dei falsificat. Sed noua fides oportet ut sibi nouas fingat scripturas, ut hinc eius error firmet. Verba de imaginibus sic in germanicū est interpretatus, ante eas ne quis se inclinēt, flectat, ne quis eas honoret, adoret, quod in scripturis nusq̄ cōperiet, Hebraicis, Chaldaicis, Græcis siue Latinis, apud fratrem uero suum in Christo Zwingliū hoc reperiet. Ut aut̄ breuitati studeam, huic dicto breuiter respōdeo, unicū ibi esse præceptū, in quo se deus uenerari præcipit, adorari, & idolatriā interdici. Ideoq̄ quum imagines interdicit, exponit quare fieri non debeant, in hūc scilicet finem, ne adorent, exhibeaturq̄ illis diuina reuerentia. Hoc aut̄ ut uerū sit in scripturis reperiet, Leui. xxvi. quas met ipse dñs Henricus induxit, & identidem falsauit. Non facietis uobis idola &c. ut adoretis ea, quis tam uelit esse stultus ut Iudæos credat nullas habuisse imagines uel fecisse, habuerunt enim propriā monetā, sicut siclos, supra quas imagines urnæ & mannae cuderant & uirgam Aaronis, sed & monetā habebant peregrinā, super qua dño ostenderant imaginem Cæsaris in Matthæo. Ex quo clare apparet error Zwinglij, qui duo hic præcepta facere nitit̄, ne scilicet imagines faciant, & quod non adorent. Quum enim ter mille artis non nisi decem præcepta fuerint dei, Moisi tradita, tam est Zwinglius ingenio acuto, ut ex decem undecim faciat. Ut aut̄ dñs Henricus se errasse uideat, in manus assumat dictū iam allegatum Leuit. xxvi. ibi nāq̄ præcepit deus ne qua statua aut insignis aliquis lapis erigat̄, quum tamē unū Iosue sub quercu erexit, Iosue xxiiij. Sed & probus Sāmel, pri. lib. Reg. viij. cap. lapidē erexit, & hunc nominauit lapidē adiutorij, qui tamen non iniuste egerūt. Hoc nempe factum non fuerat, ut iuxta idolorum cultū adoraret, imagines pro se ipsis non adoramus. Nullus inq̄ tam est simplex quin lapides, ligna, argentū &c. cognoscat.



## CONCLUSIO QVARTA.

cognoscat, sed ut ecclesia docet, oratio nostra tendit in id quod imaginatur seu figuratur. Nunc ultra iterum scripturas falsificat, Exo xx. Non me facietis, hoc me per Zwinglium est additum, ubi hic contra domini faciunt preceptum Deut. & Apoc. Nihil ad detis, hoc tamen ipsi uerbum addunt, quod totam sententiam falsificat, nihil enim ibi aliud interdicit, ne deos sibi faciant argenteos siue aureos, sed hi idola sunt. Tertio introducit Deute. vij. quod altaria & imagines gentium destruerent, bene erat & rectum, idola namque fuerant. Vult igitur dominus Henricus ex se suisque progenitoribus, ex omnibus denique probis Christianis ferme mille quingentorum annorum facere idolatras. Tam se doctum reputat & eruditum, ut credere ausit tot annis tot doctos, tot sanctos Christianos scripturas non bene intellexisse, sed ipse intelligat, magna in eo esset presumptio & audentia, a qua merito abstinere deberet. Dicit quoque multa eiusmodi in ueteri testamento esse, uerum dico contra idolorum imagines. At ibi in omnibus & totis scripturis nusquam reperit uel iota unicum prohibens imagines memoratiuas & monitorias, siue doctrinales Christianorum, procul dubio hoc si in scripturis fuisset uctum, probi Christiani apostolorum tempore & martyres non fuissent ausi, quum tamen diuus Athanasius scribat imaginem crucifixi domini, a S. Nicodemo uenerit, quam Iudei transixerunt, effluxeritque miraculosus sanguis in ciuitate Beripto undecima die Nouembris. Hic queso notate imagines a sanctis originem habuisse, sanctosque illis usi fuisse, a dei omnipotentia ueneratas a beatissimo patre Athanasio scriptis perditum, multique Iudeorum ob hoc ad Christi fidem conuersos, quomodo ergo quis dicere potest nostrae causae, hoc non deseruire, quum Christi imago tam efficaciter confirmat. Ultra epistolam Iohan. inducit quasi imagines prohibentem, iterum scripturas falsificat, nam graece & latine idola prohibet, ideoque & falsis scripturis expugnare non potest ueras dei & sanctorum imagines. Quod autem neque imagines faciendae sint adducit Deut. xxvij. preceptum



#### CONCLUSIO QVARTA.

fuisse leuitis, quod alta uoce pronunciant, hunc maledictū esse hominē qui imagines faceret, & has in locū secretū reponeret. Dico dñe Henrice quomodo hic deciditis a fratre uestro in Christo Sebastiano curiæ magisterulo, qui in Thuriensi colloquio præsidens admiserat quēq̄ domi se secreto habere posse imaginē crucifixi, sed ad textū redeo, iterū sibi de idolis loquit, quod ut uerū sit, textus se specificat, quas prohibeat imagines, quas scilicet faciunt artifices, & abominatio erāt apud deū, alioqui pictores non fuissent, neq̄ xij. leones Salomon ipse fecisset ad thronū suū, Paralip. ix. Neq̄ fuisset ausus aurifaber quisq̄ auiculā ad poculū aliquod fabrefacere neq̄ insignia quæpiā depingere. Aestimatis se domi prædicare argumentū iudæ, contra Magdalēnā adferens, ut hæc tam præciosa in pauperes expendant. Respondeo quid iuuat pauperes parrochū in Gās tabulā illam tam nobiliter & sumptuose depictā, flammis exussisse. Tam ne est dñs noster mundo parcus, ut tantæ non supersint diuitiæ huic orbi, multa sunt olim in diuinū cultū profusa, cum quibus nihilominus & pauperibus est erogatū. Immensas diuitias Salomon in templum prodegit, in quo tamen nihil aliud quam simplex cœlestis fuerat panis, sicut iij. Reg. habet vi. & vij. capitibus. Omne em̄ ex auro erat & lignis præciosis, quanto plus nos tenaces esse debemus erga deum in templis Christianorū, in quibus uiuus est panis cœlestis, sacro sanctum corpus Christi Ihesu. Vetus extat prouerbū, unum facere, & aliud non omittere. Dñs uero Henricus si utiq̄ in pauperū subuentionē prædicare uelit, docebo eum ut homines moneat egentibus erogare, deo nō ob id parcī neq̄ tenaces, sed neq̄ templis, doceat aut̄ exuestiū superfluitate, uoracitate & gula cibi potusq̄, & eius modi pessimis rebus pauperibus subuenire, ex eo dupliciter benefacturi, a malo scilicet abstinentes, & nihilominus quæ dei sunt deo dātes. Non est bonū dñm Henricū opinari, quale opus præstet seu melius sit, hoc inq̄ deus nouit. Audite rāmen



#### CONCLUSIO QVARTA.

men eius temerariū sermonē, audens dicere deum in nostris imaginibus Christianis nullā habere cōplacentiā, quis hoc ei retulit, sacræ literæ non contradicunt, & profecto (ut reor) nullas e cœlo literas super ea re excepit. Ad unū indicat argumentū deum non præcepisse ut imaginēs fiant, ideo non sunt faciendæ. Hoc pro cornuto & forti semper argumēto est habitum apud novos Christianos, usq; ad rebaptisatorū aduentum, ibi illis perspecta est hanc arguendi formā nihil ualere. Quare dñs Henricus hac forma uti nō debet, ubi enim Christus præcepit puerulos seu infantes baptisandos, adhuc tamē baptisantur. Vbi præcepit diem dñicum feriari, & tamen feriatur. Quod aut dominus Henricus Christum inducit Iohannem quinto dicentem, Scrutamini scripturas, nihil ad suū deseruit propositū. Ibi enim Christus ad uetus indicauit testamentum quod de se testimoniū præbeat. Ideoq; dilecte mi domine Henrice, æque potest uerbū dei in ecclesia induci, in qua sunt imaginēs, ac in uacua inani & in deuota Iudaica ecclesia, in qua tamen plures fuere imaginēs quam nunc sunt in uorū Christianorum ecclesia.

#### HENRICVS LINCK.

Primo inducit doctor Eckius, quod plerūq; inducam ad causam nō deseruiētia, sufficiētē induxi, & si putet ipse ea duxerat contra idola esse ueteris testamenti. Dico hæc uerba Idolum, Simulachrū posse in germanicum interpretari pro imaginibus. Longo enim tempore uidimus imaginēs nunc apud nos in magna reuerentiā haberi, quippe quod illis inclinatum fuerat, fueruntq; inuocata & adorata, quasi una imago plus gratiam conferat quam altera, quod iam oculis est cernere, multa bona illic deportata, ubi aliquando miraculum factum est. Ibi enim creditum est, eum sanctū quem illic uenerandū extulerunt, hanc habere uirtutem & gratiā, ut operatis nostris subuenire possit. Quinq; deus omnipotens idolatriam prohibuerit in ueteri lege, etiam & apud nos hūc

Cc ij



COLLATIO XLV.

recursum, eam spem & consolationem ad sanctos defunctos prohibuit. Ultra induxit imagines monere nos illuc recurrere ubi imago stat. Dico deum sufficenter nos docuisse, ubi nã suã passionis & mortis imago quæri debeat. Scriptura enim est quæ nos ad Christũ dirigit dñm nostrũ. Ideoq; non ostendit sibi ad honorem externã fieri imaginẽ, sed neq; alicui sancto hoc fieri præcepit. Etsi de serpente æneo legamus quem erexit Moyses in deserto, positus enim erat in signũ ut omnes qui in om̃m crederent, salui fierent ab omni re noxia, quod figura fuit Christi. Quanc; ad tempus pependit, quãprimũ aut cepta est uenerari aliter quam deus præceperat, destruxit illam rex Zedechias, ibi manifeste audis deum hoc mãdasse, mox enim ut aliter illo usi sunt & honorarunt deleri eum admissum est. Nunc de imaginib; nullũ dei habemus mandatu sed magis eos prohibet uenerari illas & adorare. Quia tamẽ dñs meus doctor Eckius opinat quod haberi possint, ego in hoc non aduersor ei ut quis illas in sua domo depingat, eo tamen addito ne ueneret neq; adoret. Quũ aut tale hæctenus factũ sit, adhucq; fiat, ut ante imagines procidamus, adoramus, illic auxiliũ quæsituri, idolatria censenda est. Secundo quum quilibet Christianus sacrarũ non expert literarũ, nullam gerit ad externas imagines reputationẽ, sũnt tamẽ iuxta infirmor; & modice fidei tantus numerus ut illic currunt, credentes se iuari, ubi nulla sunt auxilia, ideoq; præstaret tales imagines tolli. Quod uero D. Eckius Salomonẽ inducit, quia exornatũ templũ ædificarit, illud quoq; decorarit, ex diuino mandato factũ est. Iuxtaq; inducit etiã & gentes, imagines in annulos sculpsisse, sicut sibi Salomon leones fieri fecit, sed illos non adorauit, sicut nunc fit sanctis. Quod etiã aurifabri non ausint ad poculũ uolucres sculperẽ, cõtra hoc non sum, sed sanctos in ecclesia uenerari & adorare prohibitũ est. Ultra inducit me Iudæ fecisse argumentũ contra Magdalena ut tam prætiosa in pauperes expendant, dico deum in his ex-

ternis



## CONCLUSIO QVARTA.

ternis ornatis imaginū nullā habere cōplacentiā, sed magis ut hæc uiuis sanctis condiciant. Ego tamen optime perpendo ubi nos calceus urget, imagines facere habitum est pro re deo placita, ideoq; & nos sic inducti sumus, quasi cū his deo bene seruiamus, quum nobis hæc res bene deleuiat. Quod aut subinfert etiam & pauperes cibari posse, quod deus ipse precepit, iuxtaq; & pro decore & ornatu imagines haberi ad uenerationē. Respondeo breuiter quū manifestā habeamus prohibitionē per scripturas inductā, ne imagines ad uenerationem & adorationē habeamus, cōcedo quidē ut prius eos haberi posse, ne tamen uenerent, & in ecclesijs adorent, illic publice erectæ cōmunitati auxilia inde petituri, plus hoc infirmis destructionis quā ædificationis adportaret, tales in cōp uerbo dei ad Christū dirigendi sunt & in eius diuinā cognitionem. Sicq; conclusum esse uolo his scripturarū dictis inductis, imagines scilicet tales nec inuocandas, neq; ab eis quicq; impetrari posse, nec in eas sperādas. Melius tamen esset si etiam doctor Eckius opinaretur non adorandas, neq; inclinandum esse illis, neq; flectendū, sicut & merito nō debet, quod omnino & ex toto tollerentur.

### D. ECKIVS.

In hoc proluxo uerborū delirio, dñs Henricus totus est scripturā uacua, & totus misericors disputator, præcipuū em̄ responsionis meæ in hoc sitū erat, quod scripturas cōtra imagines inductas falsificarit, qđ ne uerbo quidē defendit neq; extersit, sed neq; defendere nouit, hoc em̄ presenti libro eum conuincā. Ipse tamen quia fatef̄ ingenuē, se neq; græcū neq; hebraicū nosse, optime ei licuisset apud latinū textū permanere, nullūq; falsē induxisse, dicit idolū & simulachrū pro imaginibus germanice interpretari, si græcū sciret, ad Suidā illū dirigerē, ibi namq; reperiet idolū esse imaginē dei falsi, quūq; græcū non nouit, potuisset apud illa manere, quæ puerulus in scholis didicisset, idolum dei falsi imaginem. Quæ aut̄ simus

Cc iij



COLLATIO XLV.

lachra prohibeanē, docet. Dauid imagines gentiū quæ sunt  
dæmonia. In hoc se fundat & e imagines uenerent, sciunt ta-  
men omnes Christiani Basilij regulā, imaginū uenerationē  
eo extendi in id quod imaginat, uel per imaginē significatur.  
Valde inclamitat in peregrinationes sanctorū pro auxilio suo  
per quo heri efficaciter respondēdo obtentū fuit in uisio loco,  
sicut in heremitorio diuæ Mariæ & c. deum suam omnipoten-  
tiam plus manifestare quam in altero, irrogatq; nobis Chris-  
tianiis iniuriā, quippe quod sancti uirtute credamus miracu-  
lum aliquod fieri, sed diuina uirtute & sancti intercessione, si-  
cut de sancto Petro docet, Act. iij. Viri Israhelita quid mira-  
mini, aut nos quid intuemini, quasi nostra uirtute aut pote-  
state fecerimus hunc ambulare. Ideoq; & demitto quæ præ-  
ter necessitatē inducit de sanctorū intercessione. Prudentem  
se æstimat aiens scripturas nos sufficienter monere, & ad deū  
ducere, sed quomodo illi eueniet q̄ legere nouit. Qui uis cū  
per campū equitans, si crucifixū uiderit, passionis & mortis  
Christi Ihesu monebit, ut scilicet illā unico pater n̄r ueneret,  
ubi alioqui si crucem non uiderit, nunq̄ recordaret. Præter  
necessitatem serpentem inducit, quum sit hoc contra eum. Is  
namq; serpens, sicut a Moise admissus fuerat, usq; ad tempus  
ra Ezechia sexcentis plus annis, donec ex eo Isdæi idola fe-  
cerant. Sicq; merito dñs Henricus nobis imagines sine, quā  
diu illas pro idolis nō habeamus. Non est enim ferendū eum  
omnes nostros maiores & suos, omnesq; Christianos audere  
insimulare huius blasphemia, idolatria scilicet in imaginib;  
exercuisse. Ex illo enim consequeret omnes damnatos fuisse,  
primū & præcipuū dei mandatū non obseruantes. Admittit  
quidem imagines fieri sed non uenerari, quemadmodū de le-  
onibus & aurifabro induxi. Respondeo quare ergo ipse spe-  
cialiter tandem induxit textū Deute. xxvij. contra imagines  
manufactas artificū, quare frater eius in Christo Zwinglius  
utrumq; reiecit, & facere imagines & uenerari. Quia uero  
Salomon



## CONCLUSIO QVARTA.

Salomon tam ædificarat templū sumptuose, dicit hoc deum illi præcepisse, ibi permaneat. Si ergo deus præcepit, ergo res bona fuit. Et sicut Paulus dicit, Quæcunq; scripta sunt ad nostram doctrinā scripta sunt & salutem. Quare ex Salomone dñs Henricus bene didicisset ecclesiarū expensas, per diuites factas deo placitas. Ad argumentū Iudæ proditoris, responderet deum in rebus externis nullā habere cōplacentiam, dico nunquid & Magdalenæ ungentū etiā res erat externa, nunquid ecclesiæ sacramenta externa sunt res, omnis nostra elemosinarū largitio, nunquid externa res erat, uel hæc res deo non placet. Ridicule me inducit nos scire ubi nos calceus urgeat, imagines habere nobis deseruire, me fortasse pro pictore, uel imaginū artifice intuens, quare mihi imagines deseruiunt, certe uictū ex eis non habeo. Sed in ueritate bene Christianis imagines deseruiunt, ut inde docti moneantur, docēt enim monentq;. Adhuc in sua perstat temeritate, sine literis dicens deum in imaginibus nullā habere cōplacentiā, eiusce modi dicti literas nō habēs. In summa scripturas adferat non falsatas neq; dilaceratas, alioqui non respondebo, apud laudabilem ritū totius uniuersalis ecclesiæ permanens.

### SEPTIMVS ARGVENS, IOHANNES

Hess de Appenzell, cuius argumenta post hanc responsionē Eckij habes.

In nomine tuo dñe Ihesu Christe, Amen. Iam unius horæ spatio Iohannes Hess loquutus est cōtra imagines Christi & sanctorū, & quū eum audiui, iā mirari cesso Zwingliū irasci dñs Heluetijs cōfederatis, q̄ ante aliquot annos hos gigantes passim nō sunt disputare. Quod in deū credit nihil est satis, quod omne bonū ex deo sperat, optime facit, sic equidem in deum est sperandū, quod deus etiā dilectissimos amicos suos sanctos uolo exaudit in eorū intercessiōe. Quia uero David inducit Matthæū, Iacobū, quod deū rogare ac petere debeamus, Dilecte Hess quis aliter dixit, illo non debes tempus inutiliter